

10. Alexander IV. papa, regi Sæctoviae permit:
tit, ut filium suum in regem Sæctoviae co:
ronari faciat.

250

Catholicae fidei cultum, longius latiusque per or:
bem diffundi continui super omnia cordis nostri
desiderabilia cupientes, ad eiusdem augmentum
fidei vigili sedulaque solertia non cessamus in:
tendere, ac, ut iuxta nostri desiderii plenitudinem
valeat provenire, totius diligentiae studium, excus:
so in hac parte cuiuslibet negligentiae otio, adhibe:
mus, augmentum ipsum per nos ac alios, omni
ope ac opera, prout ex alto conceditur, assidue pro:
curando. Atque est quod cum, sicut te intimante
nobis, accepimus, tu divinitus inspiratus, de pa:
ganica caecitatis errore, ad viam vite, quae Christus
est, baptismatis renatus unda redieris, et Deo
vivo ac vero placere studeas sub religionis obser:
vantia Christiana; nos de hoc multo concepto
gaudio, volentes te in huius fide congruis robo:
rare favoribus, et condignis gratiis confovere, tu:
is supplicationibus inclinati, excellentiae tuae, ut
quem malueris Latinum episcopum, pacem et
communicationem apostolicae sedis habentem, tibi ad:
vocare liceat, qui dilectum filium nobilem virum
natum tuum, ad honorem Dei et sanctae Romanae
ecclesiae, in regem Sæctoviae auctoritate nostra
coronet, tenore presentium indulgemus. Nulli
ergo hominum etc: Datum Neapoli secundo no:
nas Martii, anno primo. ~

The Church of St. Mary the Virgin
at the Priory of St. Mary

1433

Handwritten text, likely a church record or account, written in a cursive script. The text is extremely faint and largely illegible due to fading and bleed-through from the reverse side of the page. It appears to be organized into several paragraphs or sections, possibly detailing financial transactions or administrative matters.